



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi  
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...  
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri  
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofurti, 1601**

De Reginbodone Tertio Hvivs Monasterii Hirsaugiensis abate, qui præfuit  
annis sex, & de gestis illius temporis in Alemania.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

statim ad loca, vnde videbantur abscessa, sine detimento hominis relocavit. In aere transiens videbatur & audiebatur ab omnibus, qui venationes, cursus, & alia quæ homines super terram exercere solemus, in nubibus & aere facere putabantur. Tam multas & vanas iudicationes faciebat, vt omnes ultra quam credi potest, mirarentur.

DCCCLXXXII.

*Colonia, cù  
aliù destrui-  
tur.*

*Walo epi-  
scopus.*

Anno Gerungi abbatis trigesimo, Nortmanni cum inestimabili multitudine Colonię, Traiectum, Tungris, Bunnā, cum omnibus viculis & castellis adiacentibus, comburunt & destruunt. Palatiū quoq; Aquensem, & monasteria nostri ordinis, Stabulaus, Maledictarium, Prümiam, sancti Walarici & Richarij, ferro & igne davastant, nulli parentes sexui, non ordini, non ætati, sed omnes interficientes quos invenire potuerunt. Post hanc Treverim incendunt, cives interficiunt, prædam abducunt. Ad Metēsem urbem procedentes habitō cum civibus prælio viatores existunt, in quo Walo episcopus Merensis, cum multis aliis occubuit. Treverensis autem archiepiscopus Bertolphus fuga lapsus evit, qui tamen anno sequenti obiit.

*Carolus im-  
perator obi-  
vit.*

Eodem anno Carolus imperator Caluus ex Italia proficiscens in Galliam, veneno potatus moritur. Iohannes autē papa octavius Ludovicum Balbum filium eius vnxit imperatorem: vnde commoti Romani, custodiri papam ut captum, iubent. & Carolum cognomento Grossum, Imperatorem eligant: simulq; ambo Imperatoris nomen temerunt annis duobus, donec assumpto veneno Ludowicus Caroli Calui filius interjet. Et Carolus iste Grossus, solus imperauit annis duodecim.

DCCCLXXXV.

*Gerungus  
abbas mori-  
bit.*

Anno Domini 885, indictione tertia, Gerungus abbas Hirsaugiensis secundus moritur, anno regimini sui trigesimo secundo, ætatis vero sua 71, prima die mensis Augusti, expulsus in ecclesia sancti Aurelij, iuxta Lintberhtum antecessorem suum. Fuit autem vir per omnia Deo denotus, & non minus in temporalibus circumspectus, quam in spiritualibus disponendis idoneus. Cui Reginbodo succedit, cuius tempore Nortmanni Wormanum subiungunt, sicut dicemus.

DE REGINBODO NE TERTIO HVIVS MONASTERII  
Hirsaugiensis abbatē, qui præfuit annis sex, & de gestis illius temporis  
in Alemānia.

*Reginbodo  
fit abbas.*

*Vita huius  
abbatis Re-  
ginbodonii.*

*Quæliter  
monachus  
factus est.*

*Quemodo  
sic factus  
abbas.*

*Richbodo  
schola pra-  
ficit.*

*De tyranno  
qui fratres  
inquietat-  
uit.*

GERUNGO venerabili huius monasterij secundo abbate mortuo atque sepulto, conuenientes in locum ad hoc deputatum fratres, quorum iam magnus erat numerus, elegerunt in abbatem quandam senem monachum, nomine Reginbodonem, hominem quietum, piū & misericordem, qui præfuit monasterio annis sex. Erat autem (sicutut Meginfridus testis est in Chronica) natione Bauarus, ex notabili familia ortus, qui cum in iuuentu à parentibus ad discendum literas, magistris traditus fuisset, doctus cum tempore in omni scientia tam humana quam diuina evasit. Deinde canonicus in Constantiensi ecclesia factus est, in qua multis diuitijs affluens, etiam animo defluere coepit. Tandem reuersus ad seipsum, vanitatem præsentis vitæ ingemiscere coepit, & quam breuis in hoc mundo sit incolatus hominis, cogitare. Tandem post multos anfractus fluctuantium cogitationum, venit ad Hirsaugiam & contemptis omnibus, quæ homines diligere in mīdo consueuerunt, monachus pro Dei amore factus est, sub Gerungo venerabili abbatē. Qui deinceps omne studiū ad pietatem conuertens, semper quātum humana permisit imbecillitas aut orationi erat intentus, aut lectiōni sacræ scriptura. Tante pietatis fuisse perhibetur, vt viētum suum pauperibus distribuens, sœpe ieinnus ipse permanebat. Mortuo autem Gerungo vnamimi omnium consensu in abbatem electus est. Anno Domini nostri Iesu Christi 885, indictione 3, & præfuit (sicut diximus) annis 6. Nam sc̄io grauatus & exterorum occupationum impatiens, cum vita contemplativa dulcedinem iam dudum esset expertus, nec pateretur auelli, tandem sexto anno quo abbatiam suscepit voluntarie resignauit, quemadmodum suo loco dicemus. His temporibus scholæ monachorū in hoc coenobio sancti Aurelij præfuit post Ruthardum Richbodo discipulus eius, monachus & presbyter, tam in diuinis quam in secularibus literis eruditissimus, qui vt Meginfridus ait, inter Monachos sui temporis secundum non habuit. Nec dubium est, quin exercitando ingenium suum exemplo veterum multa scripsit, quamus nihil eorum ad nostram notitiam peruenit. Post electionem vero Reginbodonis in abbatem, Edvvidus quidam tyrannus multum inquietare coepit monasterium & fratres sancti Aurelij dicens, sibi debet summam nō paruam pecuniarum, quā Gerungo abbatiquondam mutat.

mutuasset. Qui cum multa minaretur incōmoda, fratres qui mendacium hominis nouerunt, diuinū cōperunt implorare auxiliū, sanctoque Aurelio monasterij sui causam tuendam contra improbitatem tyranni commiserunt. Et ecce quadam nocte cum in crastinum dies placiti ab utraque parte constitutus esset, apparuit tyranno sanctus præsul Aurelius in somnis dicens: Impie tyranne, quid tibi & fratribus meis, quos iniuste bonis suis spoliare disponis? Non tibi cedet impune. His dictis diuus Aurelius baculum pastoralem leuis in somnis dicens: Impie tyranne, quid tibi & fratribus meis, quos iniuste bonis suis spoliare disponis? Non tibi cedet impune. His dictis diuus Aurelius baculum pastoralem levans quem manu gestabat, percussit in somnis tyrannum dicens, accipe meritorum tuorum in me primitis, breui suscepitur graui ora, nisi mihi & fratribus meis mox satisface-re curaueris. At vero tyranus Eduinus tam paure, quā verbere experrectus, totam tam infelicitate domum repleteuit, ut omnes verterentur in stuporem. Postero autem die lecto decubans, fratres sancti Aurelii ad se vocauit, & coram uxore ac filiis iniuriarum veniam petuit. Quibus ut pro se orarent ad Dominum rogauit, promittens se magna faturum monasterio bona, si intercedentibus ipsis conualeceret. Qui non post multos conualuit dies, & sanctum Christi præsulēm Aurelium, multis oblatis muneribus sibi redere placabile in studuit.

D C C C L X X X V I.

Anno primo Reginbodi moritur Berolpus archiepiscopus Treverensis, monachus nostri ordinis, sicut supra iam diximus, cui successit in archiepiscopatu successor eius in Abbatia Mediolensi Ratbodo abbas vir doctus, & in agendis prudentissimus, qui eccl<sup>e</sup> sia sua Treverensi multa ab Imperatoribus dona & possessiones acquisivit. Praefuit autem in archiepiscopatu fere annis 36. & multa bona fecit.

D C C C L X X X V I I.

Anno secundo Reginbodi abbatis mortuus est Ansaldus reuerendissimus abbas Prumiensis 4. idus Iulij, vir summae sanctitatis ac religionis, qui ad celestem patriam feliciter transiit, Cui in abbatia successor Farabertus venerabilis pater 8. idus Augusti.

Claruit his temporibus Reinbertus ex monacho Corbeiensis coenobij in Saxonia archiepiscopus Bremensis, vir in diuinis scripturis & secularibus literis doctissimus, qui schola monachorum publice multis annis in praefato monasterio gloriose docendo profuit. Rexit autem ecclesiam Bremensem annis 9. & moriens in Catalogum sanctorum si multis coruscans miraculis.

Claruit etiam circa haec tempora Almannus monachus Altularensis, vir vnde cuncto doctissimus, qui multa ingenij sui praelata monumenta reliquit, de quibus alibi fecimus mentionem. Adreualt qui & Adelbertus monachus Floriacensis, vir in omnī scientia eruditus, qui & ipse vivacitatem ingenij multimoda editione librorum ostendit, his ipsis temporibus inter monachos clarus habetur. Remigius quoque monachus Altiodorensis, & postea cuiusdam ecclesiae, ut ferunt, episcopus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in scientia secularium literarū nobiliter doctus, haec tempora docendo & scribendo illustravit, de cuius opusculis in secundo libro illustrium virorum ordinis nos finissemus mentionem.

D C C C L X X X X I X.

Anno Reginbodonis quarto, qui fuit Domini 889. indictione 7. moritur Richbodo monachus huius monasterij, qui scholae publicae apud S. Aurelium post Ruthardum magistrum annis feme 24. praefuit, & in omni scientia discipulos probe instructos complures reliquit. Post quem Harderadus monachus natione Francus docendi officium accepit, quod vix Biennio implens in abbatem assumptus est.

D C C C X C.

Anno abbatis Reginbodoni quinto, Carolus Imperator cognomento Grossus, post multa que gesserat bella, corpore & animo debilitari coepit, qui veniens Tribarias & conuocatis principibus, paulatim ab omnibus miserabiliter derelictus est. In cuius locum Arnulphus filius Carolomanni imperauratus annis 12. At Carolus non multo post moriens sepultus est in monasterio Augiensi pridie idus lunij.

Eodem quoque anno moritur Lintbertus archiepiscopus Moguntinus, cui S. Sunderolus monachus Fuldisis successor, vir omni sanctitate & religione conspicuus, quem Nortmannus post occiderunt. His temporibus mortuo Imp. Carolo, Itali regnum diuiserunt, quoniam paulo post occiderunt. His temporibus mortuo Imp. Carolo, Itali regnum diuiserunt, quoniam pars Berengarii filium Eberardi, qui ducatum Foroiulianorum tenebat, alia vero Guineone pars Berengarii filium Lamperti ducem Spoletanum regem sibi delegit: qui inter se certi prælio, Guineonem victor eus sit, & Berengarium de regno expulit. Salomon ex monacho sancte Con-

Vindicta  
Aurelii in  
tyrannum.

S. Ansald-  
us abbas  
mortuus.

S. Reinber-  
tus ex mo-  
nacho epi-  
scopus.

Almannus.

Adreual-  
tus.

Remigius.

Arnulphus  
fil. Impera-  
tor.

Sunderol-  
lus.

Salomon.

# MONAST. HIRSAVGIENSIS

20

*Salomon.*

stantiensis ecclesia episcopus hoc anno moritur, cui successit eiusdem nominis Salomon abbas sancti Galli, vir non solum nobilitate, verum etiam prudentia ac sapientia insignis, qui praefatus urbis tertius eius nominis dignoscitur esse pontifex.

Eodem anno Arnolphus episcopus Heribopolitanus in Saxonia, occisus est inter misericordias solennia satis crudeliter, postquam ecclesiæ præfatae præfuit annis 37. & mentibus 7. Arnoldus siue Arnulphus Imperator Romanorum post Carolum Grossum habuit viorem Lucardam filiâ Welphonis ducis Bavarie, quæ peperit ei duos filios & unam filiam. Quorum primogenitus Ludouicus postea Imperator fuit. Secundogenitus nomine Conradus, dux Lotharingie, cuius filius eiusdem vocabuli etiam Imperator postea factus est. Porro filia Lucarda nomine quæ Ottoni duci Saxonum data fuit in uxore, peperit Henricum postea Imperatorem primum. Ducecum vero Lotharingie Conradum prædictum filium Arnulphi, interfecit Adelbertus comes Bambergensis, quem Henricus Neps Imperator factus, dolo Hattonis archiepiscopi Moguntini interceptum capite truncavit, sicut inferius suo loco dicemus.

D C C C X C.

*Regimbodo  
abbatis  
suam res-  
ignauit.*

*Quam san-  
cti postea  
vixerit.*

*Verbum no-  
tabile.*

Anno autem Domini 890. Reginbodo abbas senio grauatus, cum sentiret se per occupationes rei familiaris ab internæ dulcedinis contemplatione retrahi, & gaudere, calatum pristinæ quietis posse reverti, abbatiam suam sponte resignauit 12. cal. decembri anno promotionis sue nondum sexto completo. Qui ad priuata conuersationis statum reuerlus tam sancte & religiose vixit, ut omnibus non solum in exemplum cederet, verum etiam cuncti fratres tantum in le poenitendi constantia & vite austeriori non agnoscentes, de senis seruore multum admirarentur. Rigorem siquidem monasticæ conuerlationis usque ad mortem, quem semel assumpsierat, non reliquit. Erat in oratione & compunctione mentis continuus, tcsq; vsq; adeo vigilijs & ieiunijs pro amore cœlestis patriæ affluit, ut omnes grandæuo compaterentur iuniores. Interrogatus alij quando à fratribus, quæ tantum affligeret, qui tamen nullum enorme peccatum in religione commisisset respondit: Etsi gratia Dei me protegente ex eo die quo monachus factus sum, nullum enorme peccatum (sicut dicitis) commisisse me memini, multa tamen interea boni operis exercita negligenter omisi: & ex eo maxime tempore, quo Abbas essem, etiam maioribus me negligentijs inuolui. Afferre enim plures negligentias, quam virtutes, nostris diebus prelati consenserunt. Oportet ergo nos fratres, quamdiu vivimus poenitentiā agere, & vsq; ad mortem à bonis operibus non cessare. Et ipsé quidem venerabilis senex Reginbodo in sancta conuersatione sua firmus & constans perseuerauit vsq; ad mortem.

## DE HADERADO QVARTO HVIVS MONASTERII

Hirsaugiensis venerabili abbatte, qui præfuit strenue anni vigintio octo.

*Haderodus  
abbas quar-  
tus.*

*Vita Hade-  
rati abba-  
tie.*

*Laudabilis  
in monaste-  
riis confu-  
tatio fuit.  
haberes ho-  
bos.  
Studium li-  
terarum Gra-  
ciorum in  
monasterio  
fuit.*

Post resignationem vero Reginbodenonis sanctissimi viri, conuenientes in numero tres, vnam mitem elegerunt in abbatem Haderadum venerabilem monachum, qui scilicet tres fratrum præfuit, annis quidem iuuenem, vrsuta trigesima annorum, moribus autem & prudentia multis senioribus seniorum. Electus est ergo dominicae incarnationis anno 890. indictione octaua, eodem videlicet die 12. calend. Ieprembris, quo antecepsor eius resignauit, & præfuit monasterio annis vigintio octo. Fuit autem natione Francus, honestis partibus genitus, qui ordinem monasticum intraverat sub Gerungo abbate adolescentulus & tam per religiose que vixerat ad omnem obedienciam paratus, vt alter Placidus ab omnibus vocaretur, nec immerito. Erat sane tam placide mentis, ut nemo vñquam ira perturbatum illum meminerit. Tam vero studiosus in scripturis fuit, vt post magistrum sui Reginbodenis venerandi decepsum, in locum eius subrogatus, publicam scholam monachorum in hoc monasterio sancti Aurelij strenue regeret, quod illo in tempore pro magno honore habebatur. Monachus enim ad hoc officium requirebatur doctissimus, non solum in scripturis diuinis, sed etiam in literis secularibus. Erat autem his temporibus in monasteriis nostri ordinis (alterius in Europa Germania & Gallia nulla fuerunt) hæc confuerunt ocellari, ut schola monachorum in singulis pene cœnobis haberentur, quibus non lecales homines, sed monachi moribus & eruditione præficiebantur nominatissimi quinque solum in diuinis scripturis docti essent, verum etiam in Mathematica, Astronomia, Arithmetica, Geometrica, Musica, Rethorica, Poesi, & in ceteris omnibus secularis literatura scientijs eruditissimi haberentur. Ex his multi non solum in Romana lingua docti erant, sed